

miani de Gatego, qui jurare debeat si petiae terrae
hodie, et ante examinationem ut supra per nos factam
de testibus suprascriptis, donatae ipsi Ecclesiae Sancto-
rum Cosmae, et Damiani, et ipsi domino Presbitero
Juliano recipienti nomine dictae sue Ecclesiae per su-
prascriptum dominum Antonium de Castello de Gatego
per instrumentum donationis ut supra, est de red-
ditu annuatim ducatorum trium cum dimidio auri, seu
florenorum trium cum dimidio auri de camera, et si
domus sacerdotalis dictae Ecclesiae fuit reparata per
ipsum dominum Antonium an ne, qui dominus Pre-
sbyter Julianus Rector ut supra delatione, et in manu
praeferiti domini Apostolici Delegati manibus suis cor-
poraliter tactis scripturis juravit, suprascriptam petiam
terrae ut supra donatam esse de redditu annuatim flo-
renorum trium cum dimidio, et dictam domum sacer-
dotalem fuisse, et esse reparatam per ipsum dominum
Antonium suis sumptibus, et expensis prout ipse do-
minus Presbiter Julianus vidit.

Interrogatus ipse dominus Presbiter Julianus quomo-
do, et qualiter sit suprascripta petia terrae ut supra
donata dictae Ecclesiae, et suprascriptum dominum
Antonium esse de redditu annuatim suprascriptorum
florenorum trium cum dimidio auri respondit se scire
pro eo, quia ipse dominus Presbiter Julianus scit ejus
situm, qualitatem, et bonitatem, et est praticus de
loco, et confinibus ipsius petiae terrae.

Suprascriptus cum signo tabellionatus anteposito.
Ego Albinus de Faletis filius quondam Guillemini de
Faletis publicus Imperiali auctoritate Notarius Nova-
riensis, Scribaque Curiae Episcopalis nominationi su-
prascriptorum testium interfui una cum praefato domi-
no Cipriano Apostolico Delegato ut supra, et recepi,
ac examinavi, scripsi, et me subscripsi in fidem pra-
missorum.

1493 17. 7bre. autemq[ue] obni
toerat, invenit in multis locis
et ceteris Altro Atto, da cui risulta quanto segue.

Ibique cum sic sit prout ex majorum relatu, et multis
argumentis constat Nobiles ex familia Comitum de Ca-
stello de Gatego antiquis temporibus, maxime tempore
Imperii insignes, et praeclaros extitisse adeo quod in
partibus Novariensibus paucae familie nobilitate, et
antiquitate ac virorum probitate huic anteferri possint,
obtinuerintque ex nobilissima domu multa privilegia in
spiritualibus, et temporalibus prout ex rerum monu-
mentis, et facti evidenter comprehendi posset, et inter
coetera cum dicti Nobiles obtinerent castrum Gategi-
eo decore in quo tunc florebat, pariformiter dictam
Ecclesiam fundaverunt, ac dotaverunt, ut in quibus-
cumque dictae parentelae magnificentia extolleretur,
verum quia ex temporis diuturnitate, ac malignarum
factionum nequitia multa detimenta dictae familie
allata, et jura ac instrumenta magnificorum gestorum,
ac privilegiorum suorum deperdita sunt maxime circa
jus patronatus dictae Ecclesiae; hinc est quod nobilis
vir dominus Antonius de Gatego ex Comitibus de Ca-
stello filius quondam domini Joannis ex majorum suo-
rum prosapia, ac origine non de generanimo, sed ma-
gnanimitate redimitus, quo viribus honores familie
suae recuperare conatur, et circa jus patronatus dictae
Ecclesiae quod est quid spirituale, et temporalibus ho-
noribus praferendum porrexit supplicationem praeli-
bato Sanctissimo Domino Papae Alexandro, et obti-
nuit rescriptum, seu bullas directivas Venerando, et
circumscripto viro domino Cipriano de Oldonibus Ca-
nonico Novariensi quas in praesentia mei Notarii, et
testium infrascriptorum eidem praesentavit, ac execu-
tioni mandari cum instantia requisivit. Quarum quidem
supplicationis, et bullarum Apostolicarum tenor talis
est prout supra (num. 115, 116).

Prod. in comp.
22 agosto 1816.

Inde præfatus dominus Ciprianus Apostolicus delectatus et executor vigore dictarum Bullarum, et rescripti cum ea quae decuit reverentia ipsas Bullas, et supplicationes recepit earumque tenore diligenter inspecto, ac mature considerato volens apostolicis mandatis obtemperare super contentis in dicta supplicatione, et juxta formam commissionis sibi traditae in dictis bullis, et litteris Apostolicis opportunas sumpsit informationes per dicta, et attestations testium registratas in abbreviaturis, et protocollo mei Notarii infrascripti, nec non per instrumentum donationis hodie Paulo ante præsentem actum factae per dictum dominum Antonium dictae Ecclesiae, prout constat publico instrumento dictae donationis rogato per me Notarium infrascriptum, et ipsis attestacionibus perlectis ac diligentissime ponderatis, concesserit supplicata per dictum dominum Antonium in se omnimodam veritatem continere. Igitur iterate perfectis, et consideratis dictis litteris apostolicis, et supplicatione, ac examinationis dictis testibus, et eorum attestacionibus et expeditis aliis secundum formam, et tenorem suae commissionis volens exequi quantum habuit in apostolicis mandatis, sedens pro Tribunal super sede una murata sita apud altare dictae Ecclesiae sanctorum Cosmae, et Damiani, quam sedem, et quem locum elegit, et eligit pro suis idoneis loco, et tribunali ad infra scripta peragenda, exequenda, et expedienda, pronunciavit, et declaravit in his scriptis, et per haec scripta, et in executione ut supradicto domino Antonio, et progenitoribus, ac suis majoribus spectasse, et pertinuisse jus patronatus dictae Ecclesiae sanctorum Cosmae, et Damiani de Gatego, et juxta tenorem dicti scripti apostolici eidem domino Antonio, suisque haeredibus, et successoribus in perpetuum jus patronatus, et præsentandi personam idoneam Ordinario ad Ecclesiam praedictam sanctorum Cosmae, et Damiani de Gatego in perpetuum auctoritate apo-

stolica, qua fungitur in hac parte, dedit, concessit, et assignavit juxta formam, et tenorem prædictorum supplicationis, et rescripti, et bullarum apostolicarum: et inde plures causa fieri jussa sunt actum ut supra præsentibus ibidem testibus domino presbitero Antonio de Cirexiis Capellano, capellæ altaris sanctorum Eusebii et Thomae Cantuariensis siti in Ecclesia Sancti Joannis Baptiste, ubi sunt fontes Novariae, ac nobili viro domino Ambrosio de Turconibus de Cumis, filio quondam domini Joannis, civ. Novariensis, et Genexio de Oldonibus filio quondam magistri Georgii Notarii, ad præmissa vocati, et rogati. Subscriptus cum signo Tabellionatus anteposito.

Ego Albinus de Faletis filius quondam Guillemini de Faletis publicus Imperiali auctoritate Notarius Novariensis, Scribaque Curiae Episcopalis Novariae, præmissis omnibus, et singulis suprascriptis interfui, et hanc cartam rogatam tradidi, et abbreviavi, et per alium me aliis negotiis occupatum scribi feci, et me subscripsi in fidem praemissorum cum appositione sanguinis mei signi Tabellionatus.

Concordat præsens copia cum alia consimili mihi Notario infrascripto exhibita, et mox exhibenti restitura: ideo ego J. C. Carolus Dominicus Maffiolus filius domini Stephani Mariae Notar. et Causid. Colleg., et habitator civitatis Novariae, cum appositione mei parvi Tabellionatus signi quo utor pro fide etc.

Praesens copia fuit extracta ab alia consimili copia, cum qua concordat; ita ut ad operam nobilis domini Josephi Gattico hanc fecit, et extraxit.

Taurini die 12 junii 1772. Subscriptus Paschalis Ludovicus Borla Notarius.

132. *versus* *Alto*, *de* *signo* *opus* *enclavis*
cautelisq; finis 1493. 17. 7bre. *sigilum* *languis* *se*
colligendis *multitudi* *in* *ligitimis* *et* *legitimus*
in *rebus* *et* *actis* *Alro* *Acto* *del* *tenor* *seguente*.

*Prodotto in
comp. 22 agosto
1816.*

In nomine Domini ut supra, et coram venerando et 134 circumspetto viro domino Cipriano de Oldonibus Canonico Novariense, et in hac parte delegato, et Executore Apostolico ad infrascripta specialiter deputato, constitutus nobilis vir D. Antonius de Gatego ex comitibus de Castello, Novariensis diocesis, filius quondam nobilis domini Joannis qui cum ea, quae decuit, reverentia in praesentia mei Notarii, et testium infrascriptorum exhibuit, produxit, et praesentavit bullas, et litteras Apostolicas impetratas ad supplicationem praedicti domini Antonii de Gatego non vitiatas, non cancellatas, non in aliqua parte suspectas, sed omni prorsus vitio, sed suspicioni carentes cum sigillo plumbeo ipsis bullis, et litteris Apostolicis imponente cum cordula canepis more solito Romanae Curiae tenoris suprascripti: post quam quidem litterarum Apostolicarum presentationem, et receptionem suprascriptus D. Antonius de Gatego, debita instantia petiit, et requisivit a praefato domino Cipriano de Oldonibus Canonico Delegato, et Executore Apostolico quatenus ad executionem dictarum litterarum Apostolicarum, et contentorum in eisdem praedicta deberet juxta rerum continentiam, vim, formam, et tenorem.

Et volens praefatus dominus Ciprianus Canonicus 135 Judex, et Executor Apostolicus ut supra ad executionem ipsarum litterarum Apostolicarum, et contentorum in eisdem procedere, decrevit super expositis et narratis in ipsis litteris Apostolicis informationes oportunas habere, et de mandato suo advocare facere ad se personas infrascriptas ex antiquioribus dicti loci Gategi, quorum nomina sunt infrascripta, videlicet:

Albertinus de Henrichino filius quondam Henrichini, 136 Mathaeus filius quondam Henrichini de Henrichino, Thadæus della Preya filius quondam Guidetti omnes et habitatores Gategi.

Damianus de Martinetto filius quondam Martinetti de 137 Rodono ex antiquioribus dicti loci Gategi prout ibi diebant, et protestabantur in praesentia praefati domini Apostolici Delegati, ac mei Notarii et testium infrascriptorum, qui omnes juramento praestiro separatim deposuerunt ut supra.

Si tralascia di riferire le deposizioni di detti testimoni inserte nel presente atto, per essere conformi alle sovra rapportate alli numeri 121, ad 129 inclusivi.

Dopo queste deposizioni trovasi la seguente disposizione.

Postea in stiprascripta Ecclesia sanctorum Cosmae et 138 Damiani de Gatego, et coram suprascripto domino Cipriano de Oldonibus Canonico, et Apostolico Delegato, et Executore ut supra, ac in praesentia mei Notarii, et testium infrascriptorum, D. Antonius de Gatego ex Comitibus de Castello volens adimplere supplicata per eum in suprascriptis litteris Apostolicis, et fructus, redditus, et proventus ipsius Ecclesiae sanctorum Cosmae et Damiani de Gatego augere, et ipsam Ecclesiam ultra alia sua bona dotare, et quod eidem Ecclesiae sanctorum Cosmae, et Damiani assignare infrascriptam pertam terrae, eidem Ecclesiae donat, et assignat pertam unam terrae, campi, prati, silvae, zerbidi et vineæ, simultenentem, et jacentem in territorio Agrati ubi dicitur ad Montegium, cui cohaeret a mane riale, a meridie D. Antonius de Gatego, a sero via portionaria in parte, et in parte dictus D. Antonius, et a monte haeredes D. Manfredi de Gatego senioris, quae est modis decem vel circa, salvis semper aliis suis verioribus cohaerentiis, ex qua annuatim Sacerdos dictae Ecclesiae sanctorum

in Cosmae et Damiani percipiet in redditu usque ad summam, et valorem ducatorum trium cum dimidio auri, et de ipsa petia terrae ipsa Ecclesia ultra alia sua bona utetur, et nomine merae, et simplicis, et feudalis perpetuae, et irrevocabilis donationis ipsi Ecclesiae dat, assignat, et dimittit suprascriptam petiam terrae superius cohaerentiam: ea tamen lege, forma, et condicione, et non aliter, nec alio modo prout etiam jura disponunt, quod per ipsam donationem, et donationem seu assignationem ipse D. Antonius de Gatego, suique haeredes, et successores masculi, et de legitimo matrimonio procreati in infinitum sint, et esse debeant patroni, et jus patronatus habeant nominandi, eligendi, et praesentandi semper, et in perpetuum Presbiterum et Rectorem in ipsa Ecclesia, cum eam vacare contigerit. Coram Reverendissimo domino Novariensi Episcopo, seu ejus domino Vicario pro obtainenda confirmatione ipsius presbiteri ad regimen, et curam ipsius Ecclesiae tam in spiritualibus, quam in temporalibus. Qua donatione, et dotatione ut supra facta praefatus dominus Ciprianus Canonicus Apostolicus Delegatus, et Executor pro clariori informatione omnium, et singulorum supplicatorum, in suprascriptis litteris Apostolicis detulit juramentum D. presbitero Juliano de Gatego nunc Rectori, et Beneficiari dictæ Ecclesiae sanctorum Cosmae, et Damiani, ut juret ad sancta Dei Evangelia, si dicta petia terrae ut supra donata, et assignata est de redditu annuatim supra scriptorum ducatorum trium cum dimidio auri, et quod si dicta domus sacerdotalis fuit reparata per ipsum Dominum, an ne. Qui dictus Presbiter Julianus Rector ut supra delatione, et in manu praefati domini Delegati, et Executoris Apostolici manu sua corporaliter tactis scripturis juravit ad sancta Dei Evangelia dictam petiam terrae esse de redditu annuatim summae et valoris ducatorum trium cum dimidio auri, et dictam domum

sacerdotalēm fuisse etiā esse reparatam per ipsum dominum Antonium, et de propriis pecuniis ipsius domini Antonii, juraus de causa scientiae superius depositorum, prout et scire praedicta pro eo quia ipse dominus Presbiter Julianus scit, ubi est dicta petia terrae, et est prestativa in partibus illis, et quod dictam domum vidit reparari sumptibus dicti domini Antonii.

Idecirco visis praedictis, et habita informatione ut supra Christi, et Beatæ Maria Virginis nominibus, et suffragio imploratis, ac ad laudem omnipotentis Dei, ac Sanctorum Cosmae, et Damiani sub cujus vocabulo praedicta Ecclesia fundata est, sedens pro Tribunali super sede una murata sita apud altare dictæ Ecclesiae Sanctorum Cosmae et Damiani, quem locum elegit et eligit pro Tribunal, et locis idoneis ad suprascripta et infrascripta facienda, et replicanda cum plena causæ cognitione, et matura deliberatione dixit, et declaravit quod dicta petia terræ superius coherentiata sit unita, et incorporata ipsi Ecclesiae Sanctorum Cosmae et Damiani de Gatego cum aliis bonis dictæ Ecclesiae, et spectare, et pertinere, et quod spectet, et pertineat ipsi Ecclesiae et Presbitero beneficiari ad præsens, et in perpetuum in ipsa Ecclesia instituendo, decernimus quoque, et declaramus pariter quoque, et condemnamus auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte, quod de coetero ipse dominus Antonius ejusque haeredes, et successores masculi pro linea legitima descendendi, in perpetuum sint, et esse debeant patroni, et habeant jus patronatum nominandi, eligendi, et praesentandi Presbiterum, et Rectorem in ipsa Ecclesia quoties eum vacare contingat, qui Presbiter sic instituendus habeat curam animarum ipsius loci Gategi tam in spiritualibus, quam in temporalibus prout hactenus alii Sacerdotes dictæ Ecclesiae habuerunt. Mandans tam praefatus dominus Ciprianus Apostolicus Delegatus, et Executor ut supra, quam praedictus dominus Antonius

de Gatego de præmissis omnibus, et singulis unum, et plura confici debere instrumentum, et instrumenta, actum ut supra praesentibus testibus.

Nell'autentica si legge :
 L'avantiscritto insrumento ricevuto dal su Notajo di Novara signor Albino Faletti, le di cui abbreviature esistono nell'archivio del Venerando Collegio dei signori Notari e Causidici di questa Città, è stato da me Notajo infrascritto in qualità di archivista del Venerando Collegio per mano del signor Causidico Francesco Gelosa persona mia confidente levato dall'originale minuta, con cui collazionato concorda; in fede del che mi sono qui manualmente sottoscritto, e tabellionalmente controsegñato.

Novara li 12 giugno 1772.
 Sottoscritto Carlo Francesco Mantillari Notajo, e del suddetto Venerando Collegio Archivista.

Testamento del signor Don Antonio Gattico dei Conti di Castello, in cui dopo le varie disposizioni leggonsi le seguenti; detto testamento per copia estratta, ed autenticata Galli Notajo.

In primis cassavit, annullavit, ac cassat, et nullat omnia, et singula testamenta, codicillos, donationes, causa moriis, et quaslibet ultimas voluntates, et quælibet in eis contenta, per eum hactenus facta, si quae, et quas hinc retro fecisse reperitur, etiam si in eis, vel aliquo eorum adessent aliqua verba derogatoria, vel praecipua, de quibus specificam opus esset fieri mentionem, quia de ipsis, et quibuscumque verbis derogatoris in eis appositis poenituit et poenitet quoquo modo facta sint, etiamsi in eis, vel aliquo eorum esset aliquod verbum, vel factum, per quod præsenti ul-

Prodotto in
comp. 22 agosto
1816.

dutimae voluntati derogetur, mandans et jubens ea omnia, et singula specialiter, et nominatio nomen valere, et hoc suum praesens testamentum nuncupatum coeteris omnibus prevalere.

In omnibus autem aliis suis bonis, et rebus mobilibus, et immobilibus, juribus, actionibus, et nominibus debitorum praesentibus, et futuris, quo, idem dominus testator die obitus sui relinquat, dictus dominus Antonius testator sibi haeredes instituit universales, illos ore suo proprio nominando, ac nominavit, et nominavit Joannem Carolum, et Baptisam fratres ipsius domini testatoris ablaticos, filios legitimos, et naturales dicti Janselmi, ac alios ejus domini testatoris, et dicti Janselmi filios masculos legitime nascituros ex de legitimo matrimonio, et quemlibet eorum pro iunctaequali portione, et uno, vel pluribus ipsorum fratrum decedente, vel decendentibus absque liberis legitime, et de legitimo matrimonio natis, alias, vel alii superstites, vel ejus non superstites seu non superstitum, liberi legitime, et de legitimo matrimonio nominati ut supra ipsi sic decedenti, vel decendentibus succedant, et succedant in stirpes, et non in capita, in bonis per ipsum dominum testatorem relinquendis, et in bonis ipsi sic decedenti, vel decendentibus undcumque obventis, et hoc non expectata restitutione, aut verbo sibi per aliquem fienda, sed eo casu auctoritate propria succedant; quos fratres et fratribus liberos, et descendentes de legitimo matrimonio nascituros, usque in infinitum in stirpes ut supra, et legitime natos ut supra gradatim, et ordine successivo idem dominus testator sibi, et dictis sic decendentibus sine liberis ut supra, substituit pupillariter, vulgariter, ac etiam substituit per fideicommissum, exclusa eorum matre ab hujusmodi tunc successione, licet reperiatur superstes, et omnibus aliis modo, jure, vice, causa, et forma, quibus melius potuit, et potest ipsis, vel altero eorum decedente sine liberis, ut supra, et ipsis omnibus fratribus decendentibus sine liberis legi-

time natis; eo casu, ultimo morienti instituit, et substituit ejus sororem vel sorores tunc superstites legitime natas ex praedicto Janselmo pro tertia parte, et Alexandrum filium quondam domini Manfredi de Gattico, ac filios masculos legitime natos, et nascituros domini Bartholomaei similiter de Gattico fratris ipsius domini testatoris pro aliis duabus partibus inter eos filios domini Bartholomaei distribuenda per capita, et ipsis Alexandro, aut altero ex filiis dicti domini Bartholomaei decedentibus sine filiis masculis legitime natis, alter, seu alii superstites filii ipsius domini Bartholomaei, et filii masculi ut supra alterius vel aliorum ex ipsis jam tunc defunctis, ei sic decedenti succedant, prohibens eo in casu, et casibus omnem trebellianicam et falcidiam detrahi, et eos fratres haeredes instituit ut supra, ac eorum liberos substituit ut supra, ea lege, et conditione, ac cum hac prohibitione, ne quis eorum fratum tam nasciturorum, quam natorum, nec eorum descendentes vendere, nec quovis titulo directe, nec per indirectum alienare possint inter vivos, nec per aliquam ultimam voluntatem aliquid de bonis immobilibus per ipsum dominum testatorem in ejus haereditate relinquendis, et si dicti fratres, vel alter eorum devenient, vel devenerit ad aliquem actum alienationis bonorum immobilium per ipsum dominum testatorem relinquendorum, eo casu ipse dominus testator vult, jubet, et ordinat, quod dominum, et possessio bonorum sic alienandorum, seu in quibus deventum erit, ad actum alienationis sit, et esse debent pleno jure alterius, vel aliorum, qui non alienaverit, vel non alienaverint, ipsumque dominum, et possessio ipso jure, et facto perveniat, et pervenire debeat in alium, vel alios fratres ut supra non alienantes, et eis deficientibus in eorum filios masculos de legitimo matrimonio nascituros in stirpes, et eo in easu ex nunc, prout ex tunc, et ex tunc prout ex nunc, dictus dominus testator bona ipsa, in quibus actus cadet alienationis, legavit, ac legat alii, seu alii di-

ctorum fratum non alienante, seu non alienantibus ut supra, et eis deficientibus dictis eorum filiis masculis ut supra, ita ut ipsa bona eo casu auctoritate propria capere possint, et hoc ubi dicti frater, vel fratres devenientes ad actum alienationis, careant liberis masculis legitime natis, ubi vero hujusmodi filium, vel filios habeant, tunc, et eo casu talia bona apud ipsis filios perveniant, et eo in casu, quo per alterum, vel alteros ex dictis fratribus perventum fuerit ad actum alienationis bonorum prout supra, excepto casu dotis, per eos, vel aliquem eorum constitutae pro ejus, vel altera eorum filia, vel filiabus de legitimo matrimonio nata, vel natis, vel pro uxore ipsorum fratum, vel alterius eorum dotanda pro vera dote, et juxta morem, et antiquam consuetudinem Novariae, ac excepta permutatione inter eas tantum fienda, vel pro necessariis alimentis ipsorum fratum, vel alterius eorum, et ejus, vel eorum honestae familiae, ubi absque alienatione fienda modum alimentorum non haberent iis exceptis tunc, et ex nunc prout ex tunc bona ipsa, in quibus alter eorum ad actum alienationis deveniet, obligata et ipotecara relinquit, et reliquit alteri seu aliis non alienantibus, et eis deficientibus eorum filiis masculis ut supra testantibus filiis masculis legitime natis eorum, vel ejus, qui ad hujusmodi actum alienationis devenerint, vel devenerit, et non aliter, et hanc quidem prohibitionem non alienandi dictus dominus testator fecit, et facit volens consulere imbecillati, et fragilitati dictorum fratum haerendum suorum, et ut bona sua per eum relinquenda, et ipsis fratribus quoquomodo obvientura, inter eos fratres, et eorum filios, et liberos masculos legitime natos, et nascituros, et in ejus domini testatoris familia conserventur, et certis aliis probabilibus caussis animum ipsius domini testatoris moventibus, quam prohibitio nem, et dispositionem, ac praemissa omnia firmiter, et inviolabiliter observari, et ad unquam custodiri mandat,

et jubet sine ulla adjectione, interpretatione, declaratione, vel subauditione, vel diminutione, aut retributio-
ne, quemcumque Magistratum, ac Jusdicentem, vel per
Notarium, vel ipsius alium quoquo modo, et qualitercumque fienda, hac etiam lege, et conditione, quod
dictus Janselmus ejus domini testatoris filius, ac su-
prascriptorum fratrum haeredum prout supra patet,
habeat, et possideat totum usumfructum bonorum per
ipsum dominum testatorem reliquendorum quounque
quo vixerit, salvo quod si dictus Janselmus commi-
teret, quod Deus avertat, delictum aliquod propter
quod ejus bona venirent Fisco, vel Ducali Cameræ,
vel Cameræ alicujus alterius domini, sive temporalis,
sive ecclesiastici applicanda eo casu, ac statim, et ipso
jure, et facto vult, quod talis ususfructus in toto
sit ipsorum fratrum haeredum ut supra, et casu quo
dictus Janselmus decederet relictis suprascriptis ejus
filii pupillis, vel minoribus, vel non posset, aut
nollet domi habitare, tunc, et eo casu decrevit, et
decernit in tutores, curatores, et administratores, ac
negotiorum gestores, tam personarum, quam bono-
rum dictorum filiorum haeredum ut supra, dominos
Ardicinum, et Octavianum fratres Della Porta filios
quondam domini Joannis, ac dominos Bartholomeum
de Gattico fratrem ipsius domini testatoris, et Alexan-
drum de Gattico nepotem ipsius domini testatoris fi-
lium quondam domini Manfredi, prohibens, et ordi-
nans ante dictos fratres non posse devenire ad divi-
sionem bonorum immobilium per ipsum dominum
testatorem reliquendorum quounque dictus Janselmus
eorum pater vixerit, nec post ejus obitum donec qui-
libet eorum compleverit annum vigesimumquintum,
sub poena ducatorum centum auri contrafacenti, ap-
plicandorum iis qui non contravenerunt.

Item legavit, et ordinavit, ac vult, et ordinat quod oc-
142 currentie casu, quem Deus avertat, quod dicti fratres,
vel eorum filii, seu alter eorum perpetrarent, seu
committerent tale quid, propter quod ejus, vel eorum

bona forent applicanda Fisco, seu Ducali Cameræ tunc,
et eo casu statim ac ipso jute, et facto bona ejus,
qui sic deliquerit, sint ejus filiorum masculorum legi-
timate natorum, et eis deficientibus, sint aliorum fra-
trum superstitorum, et filiorum fratrum praedefunctorum
de legitimo matrimonio natorum et in stirpes, et eo
in casu delicti sic committendi, et ab ejus delicti ini-
tio, et ex nunc prout ex tunc, et ex tunc prout
ex nunc dictus dominus testator bona ipsa legavit di-
ctis filiis prout supra.

Nell'autentica si legge:

Essersi estratta la controscritta copia di testamento dall' originale minuta del detto fu signor Notajo Paolo Tarabbia esistente in una delle filze degl'instrumenti dal medesimo ricevuti, legata, e cucita in forma di libro, e scritta tutta di pugno proprio di esso Tarabbia, debitamente da esso autenticata e tabellionata, leggendo si in detta filza autenticamente ad un atto ricevuto, e posto prima del suddetto testamento la seguente au-
tentica tabellionalmente scritta di pugno di detto sig.
Tarabbia colle parole seguenti cioè: "Ego Paulus Tarab-
bia filius quondam Petrini de Conturbia publicus im-
periali auctoritate Notarius Novariensis haec infrascrip-
ta instrumento rogatus tradidi, et abbreviavi bona fide, et
sine fraude ad honorem Dei Patris Omnipotentis,
ejusque inclitae, et gloriosissimae Genitricis Virginis
Mariae, ac Beati Georgii Martyris, et omnium
Sanctorum Dei, et totius Curiae Coelestis, et prout in-
frascripsi, et in fidem omnium, et singulorum hic me
cum signo meo solito tabellionatus apposito manu
propria conscripsi.

Come pure leggesi posteriormente ad alcuni altri in-
strumenti ricevuti dal detto fu Notajo Paolo Tarabbia,
e posti dopo il suddetto testamento, altra autentica
pure scritta tabellionalmente di suo pugno di esso si-
gnor Tarabbia del tenor cioè: "Ego Paulus Tarabbia
filius quondam Petrini de Conturbia publicus Imperiali

auctoritate Notarius Novariensis suprascripta instrumenta rogatus tradidi, et abbreviavi bona fide, et sine fraude ad honorem Dei Patris Omnipotentis, ejusque inclitae, et gloriosae Genitricis Virginis Mariae, ac Beati Georgii Martyris, et omnium Sanctorum Dei, et prout supra manu propria scripsi, et hic cum signo meo solito tabellionatus apposito in fidem omnium, et singulorum praedictorum me subscripti.

Indi si dichiara che le parole punteggiate al dissotto, come nella sovrascritta copia cioè al fol. 1 retro dalla parola Notarium alla parola quaslibet, e nelle parole hinc retro fecisse, ed al fol. 3 retro dalle item legavit alla parola ordinavit, ed al fol. 5 in fine, e retro dalla parola dotem, alla parola domini, ed alle parole solvere omni anno donec, ed al fol. 7 dalle parole in omnibus alla parola dominus, ed alle parole illos ore suo, ed al fol. 9 dalle parole et facto alle parole stirpes, e dalla parola ex tunc alla parola testator, e dalla parola legavit alla parola dictorum, ed alle parole dictis eorum filiis, ed al fol. 11 dalla parola testatorem sino alle parole centum auri, ed alla parola contravenerunt, e parole item onerat, e finalmente al fol. 12 ed ultimo retro, e nelle ultime due linee tutte le suddette parole punteggiate, come nella sovrascritta copia, per essere stata dal tempo corrosa nella sommità la filza suddetta, restano mancanti dalla minuta suddetta: epperciò le medesime si sono apposte, come sopra, avendole ricavate da altro testamento del medesimo fu Antonio Gattico dell' 29 maggio 1497 ricevuto esso Tarabbia, la di cui minuta pure esiste in detta filza, e nelle parti antecedenti, e successive alle sovra punteggiate si legge letteralmente, e uniformi al suddetto testamento posteriormente fatto; ed in fede ec.

FONDAZI MARA

1621 15 Maggio.

Instrumento rogato Salvatorius, in cui si narra quanto infra, cioè:

Cum sit quod D. Franciscus, et Johannes Lucas fratres de Gatticis filii quondam domini Gasparis ex nobilibus de Castello Gattici dioecesis Novariae suis nominibus propriis ac pro eorum juribus - D. Marcus Antonius Gatticus filius quondam illustrissimi J. C. Collegati Novariae Antonii Curtii Gattici suo, et nominibus D. Francisci, et Johannis Lucae fratum de Gatticis, filii et heredes dicti quondam D. Antonii Curtii Gattici pro suis juribus alias petierint se investiri, seu reinvestiri a quondam Illustrissimo, et Reverendissimo D. Ferdinando Taberna Cardinali titulo Sancti Eusebii Episcopo Novariae, seu ab Agentibus Mensae Episcopalis, et decima, seu decimis, et portionibus decimorum locorum Gattici, Borgognelli, et Ciselli dioecesis Novariae, de quibus dicti D. de Gatticis supranominatis respective alias fuerant investiti ab aliis Reverendissimis Episcopis Novariae, et novissime a multum Illustri, et Rev.mo D. Carolo Abatilucapetri, praesentis illustrissimi D. Cardinalis ut ex instrumento investiturae facto in dictum quondam Antonium Curtium Gatticum suo, et nomine dicti domini Lucae ejus fratri, ac dictorum Francisci, Joannis, et Lucae filii quondam Gasparis Gattici ejus consanguineorum, et ultimus dictus dominus Marcus Antonius suo, et nominibus dictorum suorum fratum uti haeredum dicti quondam domini Antonii Curtii Gattici in alia parte se investiri petierit de alia portione decimae feudalis, et jure decimandi in territorio Gattici, de qua investitus fuerat dictus quondam dominus Antonius Curtius Gatticus eorum fratum pater suo nomine proprio, et nomine dicti domini Lucae ejus fratri, et de qua alias investiti fuerant nunc quondam dominus Lucas Gatticus quondam domini Bartholomaei, et ejus antecesso-

Prodotto in
comp. 22 agosto
1816.

res, et ad effectum praedictum in judicio produxerunt instrumenta antiquarum investiturarum eis respective ut supra factarum de dictis decimis, et praecipue dictum instrumentum investiturae factae per dictum quondam Reverendissimum D. Carolum, et alia jura opportuna pro habenda dicta nova investitura, et recognitione dictarum decimarum feudalium respective in omnibus prout fuerant investiti eorum majores, et antecessores ab agentibus dictae Mensae ut supra, quae quidem investiturae seu recogniciones ad effectum produci non potuerunt ob absentiam domini Advocati Fiscalis dictae Curiae, cui praedictis de Gatticis consignata fuerunt instrumenta, et jura dictarum decimarum, et ob superventam mortem praefati illustrissimi, et reverendissimi domini Cardinalis Episcopi ut dicebant.

Cumque etiam sit quod post adeptam possessionem Episcopatus Novariae per Illustrissimum, et Reverendissimum Archiepiscopum Ulpianum Vulpium Modernum Episcopum dictae Civitatis, dicti supra nominati de Gatticis nominibus respective antedictis petierint se investiri de dictis decimis feudalibus, seu portionibus decimarum feudalium respective et debitae referendo ab Illust. et M. R. Dominico Casali uti procuratore dicti Illustrissimi et Reverendissimi domini Episcopi ad formam dictarum investiturarum antequam et praecipue dictae novissimae investiturae factaeque per dictum et quondam Reverendum Carolum Episcopum in dictum quondam Antonium Curtium Gatticum suo, et dictis nominibus ut constat ex instrumento recepto per dominum Michaelem Michaelium Notarium, et Cancelarium Curiae Episcopalis Novariae sub die 12 mensis julii anni 1593 proximi praeteriti seu anno ad quod etc. dictus vero dominus Procurator dictam investitaram facere obtulerit.

Hinc est quod dictus Illustrissimus et multum Reverendus dominus Dominicus Casalis uti Procurator, procuratorio nomine praedicti Illustrissimi et Rev. domini Archiepiscopi Ulpiani Vulpii Episcopi Novariae et

Comitis, ut constat ex instrumento ejus mandati recepto per dominum Laurentium Berardinellum Notarium urbis sub die 12 mensis junii anni 1620 proximi praeteriti seu anno etc. ad quod etc. et quod fuit ibidem exhibitum in praesentia etc. nomine praedicti D. Episcopi ejusque Mensae Episcopalis Novariae anulo aureo imposito digito infra dicti Reverendi domini presbiteri Gasparis Gattici Procuratoris ut infra ac et digito praedicti domini Marci Antonii Gattici suo nomine proprio, et ut infra titulo, et jure nobilis honorifici, gentilis, et perpetui feudi investivit seu reinvestivit ac reinvestit dictum multum Reverendum Gasparem Gatticum habitatorem Novariae uti procuratorem, et procuratoriis nominibus dicti Francisci de Gatticis patris sui, et Joannis Lucae de Gatticis patrui sui, ut constat ex instrumento ejus mandati recepto per dominum Hyeronimum Cuchettum Notarium Aronae quod est penes me Notarium infra dictum dimissum.

Ac dictum Illustrissimum dominum Marcum Antonium Gatticum suo nomine proprio et nominibus, et jure dictorum Francisci, et Joannis Lucae fratrum suorum, et quemlibet eorum pro portionibus unicuique spectantibus praesentem, et acceptantem, et se se investientem nominibus antedictis.

Nominative de eorum contingentи parte, et portione, seu portionibus respective decimae feudalis dictorum locorum et territoriorum Gattici, Borgognelli, et Ciselli alienatis quoquo modo exceptis, et quae ad dictam Mensam Episcopalem aliquo modo devenissent, et quae per dictum Reverendum Episcopum seu dictam Mensam vel ejus nomine tenentur, et possidentur, et non aliter, nec alio modo, etc.

Item simili titulo investivit et investit, seu reinvestivit, et reinvestit dictum dominum Marcum Antonium Gatticum suo nomine proprio, et nominibus, et vice dictorum Francisci, et Joannis Lucae ejus fratrum filiorum quondam dicti Antonii Curtii Gattici praesentem et acceptantem ad suorum, et eorum nominibus ut supra.